

Quod scribatur predictis duche et consiliarijs quod filios Coste Smirilo pro-
 65 ditoris quos detinent carceratos custodiri et saluari faciant diligenter ne pro
 salute insule ullo modo de carceribus possint effugere filios autem paruos et ne-
 potem dicti Coste recommendatos monacabus sancte Catarine mittere debeant
 huc sub bona custodia. Et procurent ipsi ducha et consiliarij prout scribunt ha-
 bere filios Leonis Calergi proditoris et ipsos habitos simili modo mittant huc sub
 70 bona custodia. Et si matres eorum uel aliqua earum uellent uenire cum filijs per-
 mittant eas uenire huc sicut uoluerint. Et existentibus hic dictis filijs et nepote
 72 proditorum predictorum dominium prouideat sicut placuerit.

11

Πρεσβεία τιμαριούχων Ρεθύμνου 1342.

Περὶ διαφορῶν ἀντικειμένων.

1^{ον} Αἰτοῦνται, ὅπως τὰ περισσεύματα τῶν εἰσπράξεων Ρεθύμνου τὰ μεταφερόμενα ὑπὸ τῶν ρεκτόρων
 εἰς Βενετίαν παραμένωσιν ἐν Ρεθύμνῳ πρὸς προστασίαν τῆς καλλιεργείας τοῦ σίτου καὶ ὀχύ-
 ρωσιν αὐτῆς.

Ἀπαντᾶται ὅτι ἐκ τῶν περισσευμάτων θὰ παραμένωσιν ἐν Ρεθύμνῳ λίτραι πεντακόσαι γροσίων
 δι' ἀγορὰν σίτου πρὸς βοήθειαν τοῦ τόπου, ὑπὸ τὸν ὅρον ὅτι αἱ πεντακόσαι αὗται λίτραι γρο-
 σίων κατ' οὐδένα λόγον νὰ μειωθῶσιν. Ἡ δὲ προκύπτουσα ὠφέλεια ἐκ τῆς ἐμπορίας τοῦ σίτου
 τῶν πεντακοσίων λιτρῶν γροσίων νὰ μεταφέρεται ὑπὸ τῶν ρεκτόρων εἰς Βενετίαν. Διὰ τὰ περισ-
 σεύοντα τῶν πεντακοσίων λιτρῶν γροσίων, ταῦτα ἀποφασίζεται νὰ παραμένωσιν εἰς Ρεθύμνον
 ὑπὲρ τῆς ὀχυρώσεως καὶ πρὸς ὄφελος αὐτῆς. 1342, Ἰουλίου 1^η.

2^{ον} Δὲν ὑπάρχει.

3^{ον} Αἰτοῦνται ὅπως συμφώνως πρὸς τὰ παραχωρηθέντα προνόμια, ἐκ τῶν τιμαριούχων Ρεθύμνου
 ἐκλέγονται ἢ ὁ Καγκελλάριος Μυλοποτάμου ἢ ὁ δικαστὴς Σιβριτῶν.

Ἀπαντᾶται ὅτι οὕτω δέον νὰ ἐνεργῇται, ὑπὸ τὸν ὅρον οἱ ἐκλεγόμενοι νὰ ἔχωσι κατοικήσει μετὰ
 τῶν οἰκογενειῶν των ἐν Ρεθύμνῳ ἀπὸ τριετίας τοῦλάχιστον.

4^{ον} Αἰτοῦνται, ὅπως τιμάρια τινὰ, ἀνήκοντα ἄλλοτε εἰς τοὺς φονευθέντας ἐπαναστάτας κατὰ τὴν ἐπα-
 νάστασιν τῶν Σηφοπούλων, δοθῶσιν εἰς ἐκείνους, οἵτινες ἐφόνευσαν αὐτούς.

Ἀπαντᾶται προκειμένου περὶ τῶν τιμαριῶν τούτων, τὰ ὅποια, ὡς εἶπεν ὁ πρεσβευτὴς Ρεθύμνου,
 εἶναι τρεῖς σερβενταρία, ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι νὰ ἐνεργήσωσιν, εἰς τρόπον ὥστε νὰ παρα-
 μείνωσιν εἰς τὴν κοινότητα, ἢ νὰ διανεμηθῶσι μεταξὺ τῶν φονέων τῶν ἐπαναστατῶν.

F^o 64^r N^o 532. Millesimo trecentesimo XLII, die primo Julij.

Infrascripte sunt partes capte super infrascriptis capitulis porrectis dominio
 pro parte feudatorum Rethimi examinatis de mandato dominij per nobiles Uiros
 ser Bertucium Michael ser Johannem Sanuto et ser Petrum Zane.

5 N^o 533. Et primo ad primum capitulum per quod petunt dicti pheudati Re-
 thimi, quod pecunia que superhabundat rectoribus Rethimi ab expensis, quam
 pecuniam secum portant Venecijs debeat remanere in Rethimo pro subueniendo



et fulciendo terram de blado et fortificando eam; uadit pars quod de denarijs communis Rethimi superhabundantibus rectoribus ab expensis quos ipsi rectores secum adducunt Venecias, remanere debeant ibi libras quinquaginta grossorum occasione emendi frumentum pro subuentione dicti loci cum hac tantum condicione quod dicte libre quinquaginta grossorum non debeant nec possint minui, set semper in sua integra quantitate consistent. Et de ipsis denarijs dicti rectores mercentur in frumento et illud quod superlucraretur sit mercando et superhabundaret a dictis libris quinquaginta grossorum ipsi rectores secum Venecias debeant apportare. 28. 10 15

Capta. Ser Bertucius Michael uult dictam partem et tantum plus quod uult quod dicte libre quinquaginta grossorum cum omni lucro quod haberetur et superlucraretur ex eis debeant remanere in Rethimo pro fortificatione et utilitate dicti loci. 56. 20

De non 1—non sincere 1.

Nº 534. Capta. Super tercio capitulo continente quod sicut alias concessum et ordinatum fuit quod fieri deberet ex feudatis Rethimi uel castellanus Milopothami uel iudex in Siuritis etc. sic seruari debeat; capta fuit pars cum uerum sit quod continetur in dicto capitulo et sic seruari deberet quod committatur duche et consiliarijs Crete, in iungendo eis expresse quod omnino deinceps facere debeant ex feudatis Rethimi uel castellano Milepothami uel iudice in Siuritis, sicut alias fuit prouisum faciendo de his qui habitant continue cum familia in Rethimo, et non possint facere aliquem nisi habitauerit cum familia in Rethimo per tres annos ad minus. 81. 25 30

De non 2—non sincere 1.

Nº 535. Capta. Super ultimo capitulo continente quod certa feuda quorundam rebellium qui interfecti fuerunt tempore guerre Siffopulorum iuxta Rethimum per homines Rethimi dari debeant et distribui illis qui interfecerunt neci eorum etc. Capta fuit pars quod scribatur duche et consiliarijs Crete et rectori Rethimi quod circa ista pheuda que sunt tres seruenterie ut dicit nuncius predictorum feudatorum disponant in tenendo ipsa feuda in communi uel distribuendo ipsa illis qui interfecerunt neci dictorum interfectorum sicut eis uel maiori parti eorum pro bono et pacifico statu insule uidebitur conuenire. Uerum quia dicit dictus nuncius quod dicta feuda reddunt ad presens circa yperpera xx. Committatur predictis duche et consiliarijs et rectori quod si reperirent, quod redderent ultra yperpera xxv scribant nobis quidquid inuenerint, nullam faciendo circa ipsa feuda interea nouitatem. 35 40

Non sincere 6—de non 8—de parte 60. 44